

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1235

Auteur(s) : Foulques Dastin, Lisieux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1262, 5 avril

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Foulque d'Astin, évêque de Lisieux, et son chapitre assignent et « attournent » au doyen et au chapitre de Bayeux une rente annuelle de 10 livres tournois à prendre sur le tiers des dîmes de Lasson, à la place du manoir de Courtonne, situé à Caen, rue Basse, que le doyen et le chapitre de Bayeux ont cédé à perpétuité à l'évêque et au chapitre de Lisieux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCLVI, t. 2, p. 185-186.

Dissertation critique

Le 5 avril 1262 (nouveau style) ou le 20 avril 1261 : Pâques tombe le 9 avril en 1262 et le 24 avril en 1261. Le 5 avril 1261 est proposé par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, Fulco, miseratione divina Lexoviensis episcopus, æternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos, de assensu et voluntate nostri capituli Lexoviensis, assignavimus et attornamus viris venerabilibus et discretis decano et capitulo Baiocensi decem libras Turonenses percipiendas annuatim, ad festum Purificationis beatæ Virginis Mariæ, in tercia parte decimarum parrochiæ de Lachon, Baiocensis dyocesis, ad dictum Lexoviense capitulum pertinentium, per manus eorum qui pro tempore dictas decimas possidebunt ; in quibus decem libris tenebamus dictis decano et capitulo Baiocensi, annis singulis, pro quodam manerio, quod vocatur Corchione, sito apud Cadomum, in Basso Vico : quod manerium dicti decanus et capitulum Baiocense nobis et successoribus in episcopatu tradiderunt in perpetuum libere possidendum. Et sciendum quod nos et prædictum capitulum nostrum Lexoviense volumus et concedimus quod dicti decanus et capitulum Baiocense habeant et percipiant de cetero, in futurum, dictas decem libras in dictis decimis ita libere, pacifice, et quiete, et sine omni reclamatione nostri, vel successorum nostrorum in episcopatu, et capituli nostri prædicti, sicut ipsum capitulum dictarum decimarum residuum possidebit. Volumus insuper et concedimus nos et dictum capitulum nostrum quod præfati decanus et capitulum Baiocense, pro prædictis decem libris habendis ad dictum terminum, possint, quociens necesse fuerit et viderint expedire, in totis dictis decimis plenariam justiciam exercere. Sciendum est etiam quod nos et capitulum nostrum Lexoviense tenemur sæpeditis decano et capitulo Baiocensi prædictas decem libras in dictis decimis garantizare et defendere contra omnes, expensis propriis, vel excambiare eis alibi in redditibus nostris Baiocis propinquioribus, si hoc facere

non possemus. In cuius rei testimonium, præsentibus litteris nos et dictum capitulum Lexoviense sigilla nostra duximus apponenda. Valet. Datum anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo primo, die mercurii post Ramos Palmarum.